DYNI MVXELLANI I. V. DOCT. CELEBERRIMI COMMENTARIVS IN REGVLAS IVRIS PONTIFICII.

Cum adnotationibus Iureconſult. clariſsim. NICOLAI *Boerij,* [redacted] FRANCISCI *Cornelli, &* GABRIELIS *Saraine.*

Accedit Index rerum & verborum memorabilium hac editione auctior & multò locupletior.

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Theodorum Baumium, ſub ſigno Arboris.
Anno M. D. LXXVIII.

Coll. Soc. Iesv Salm.
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

DYNI MVXELLANI IN REGVLAS IVRIS PONTIFICII PROOEMIVM.

In proœmium Argumenta.

1 *Regula quid ſit.*

2 *Occupanti quæ res concedantur.*

3 *Quod nullius eſt, occupantis efficitur.*

4 *Regula & generalis eſſe, & omnia comprehendere debet.*

5 *Verba indefinita vniuerſalibus ſunt aliquando æquipollentia.*

6 *Marmore legato venit rudis materia marmoris.*

7 *Lana ſimpliciter legata, non debetur lana tincta.*

8 *Indefinita quando vniuerſali non æquipolleat.*

9 *Indefinita negatiuè prolata, vniuerſali negatiuæ æquipollet.*

10 *Regula an & quando ſit iuris conſtitutiua.*

11 *Regula Catoniana quid diſponat.*

12 *Ius an præcedat regulam, an verò contrà.*

13 *Regulæ officium quod ſit, & nu. 18.*

14 *Regula quare dicitur eſſe coniunctio rationis.*

15 *Exceptio an & quando de regula eſſe dicatur.*

16 *Species, quæ de genere accipitur, ſub genere non continetur.*

17 *Exceptio confirmat regulam.*

19 *Exceptiones regulam impedire quando verum ſit.*

20 *Capitula cùm plura ſunt, quorũ effectus eſt diſtinctus, vno ſublato cætera confirmantur.*

21 *Specialia generalibus ineſſe, qualiter intelligendum.*